



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

De Consensv Roborato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

DE CONIVG.
REGVLA.

Conditionalis assensus est imperfectius, ante conditionis impletionem, eamq; ob causam mutabilis, iuxta Dialecticam & veram regulam. Positio conditionalis, nihil ponit.

In iustae conditiones sunt, pugnantes cum verbo Dei, aut honestate, aut que sunt meritudinationes, vt, si altera pars interficiat parentes, aut si furetur matri thesaurum, aut si veli prius secum in scortacione vivere, aut si cœlum digito attingat, vel aquam toto mari exhausta, &c.

REGVLA.

In iustae conditiones non valent, nec requirunt impletionem.

DE CONSENSU RO-
borato.

Interdum consensui inter se contrahenti-
um, additur quasi robur quoddam, unde robo-
ratum appellare libuit, vi quando ante despon-
sationem legitimam, (Nam intra hosce termi-
nos nunc incedimus) sibi inuicem, vel una tan-
tum pars alteri donat aliquid, in confirmationem pro-

CONSENSV.

missionis, vel additur iuramentum, (Attenuandum tamen est, ut robورatio illa non fiat con-suleges) vel accedit cognitio carnalis.

REGVLA.

In robورato consensu, personarum & ius contractus circumstantiarie sunt estiman-dae.

ALIA.

Ante desponsationem solennem, cuig, loco usitatam, consensus contrahentium, licet robورatus sit, nondum pro confirmato aut consummato penitus matrimonio habetur iam quidem, in Ecclesia Christi ab Antichristi repurgata, nisi forie cognitio carnalis addita esset, ac promissio omugi evidenter & sufficienter probari posset, qua quidem accurate cognosci & perpendi oportet.

CONTRARIA.

Priusquam de parentum consensu verba faciamus, pauca, qua cum superioribus pug-nant, recensemimus, ut sunt consensus:

NVLLVS. Nam parentes aut tutores, sacerdum de Matrimonio inter duas personas

G 3 incundo

DE CONIVG.

Ineundo tractant, imò nonnunquam etiam de-
spondent, ubi tamen Neutra persona alteram
vidit, nec allocutia est, nec consensum alteri dedit.

REGVLA.

Ob
coloris,
ed: D
N
quis pra-
teria perj-
sum; se-
mancere
Sempler
E
iu. Ian-
dit. Iuc-
norem j
circumf-
error di-
betur.
D
ALIA.

Ubi non est mutuus illarum personarum,
qua debent fieri Coniuges, consensus, ibi etiam
nullus est contractus Matrimonialis.

ALIA.

Una persona consentiente, & altera dissen-
tiente, non fit contractus Matrimoniij. Debet
enim consensus esse mutuus.

OBSCVRVS ET DVBIUS. Nam aliqui
captant interdum quedam vocabula, ut irreue-
ant & detineant imperitiores vel incanatores,
non aliter atq; aucepit reti auriculas, fraudulenta
sua arte implicat. Ha infidie & eiusmodi cap-
tiones, indignae sunt bonis hominibus. Fraus
enim semper odio digna est, in omnibus alieni-
bus. Non igitur de Matrimoniali contractu, re-
ele & iuste pronunciari potest, nisi consensus fu-
tilucidus, expressus, indubius, omni fraudulen-
ta occultatione carens.

REGV.

CONSENSV.

REGVLA.

*Obscurus & dubius consensus, nihil habet
valoris, nisi sit declaratione certa perspicuus.
Id: Dubius consensus nullus est.*

*NON PLENVS. Sapè enim sit, ut ali-
quis præ se ferat, se non omnino abhorrete ab al-
ia persona, sed tamen suspendit plenum assen-
sum, seu finalē suam decisionem, in qua per-
manere statuit. Iam id quoq; fraudulēnum est,
Si plenum consensum, pro integro accipere.*

REGVLA.

Non plenus assensus, non obligat.

*ERRANS seu per deceptionem acquisi-
tu. Iam rectè dicitur, Dolus consensum exclu-
di. Iudicium enim, non habuit rectam indica-
torem seu noticiam rerum & personarum.*

REGVLA.

*Errans consensus, pro nullo habetur. Sed
circumstantie diligenter ponderanda sunt. Nam
eror differt secundum obiecta, vt suo loco di-
catur.*

G A

PRAE-

DE CONIVG.

PRÆCIPITATVS. Est autem precipitatus consensus, species errantis. Nam interdum non recte exploratis rebus, aliqua verba imprudenter effunduntur, quorum postea, inibus melius cognitis & consideratis, paenit.

REGVLA.

In precipitate consensu, circumstantiae grauior consideranda sunt, an si errans consensus vel non?

COACTVS. Solent parentes aut tutores, interdum liberos vi cogere, vi pro suo arbitrio ducant coniuges, aut nubant mariti, vel opum, vel familiae, vel amicitiae gratia, cum tamen liberi non ament personas oblatas, idq; faciunt vel minis, vel morositate, vel arcendo ab illis, quibus cum optarent Coniugium inire.

Usa quoq; evenit interdum, vt aliquis pueram aut viduam minis adigat, vi sibi matrimonium promittat.

REGVLA.

Coactus consensus in Matrimonio, pro nullo habetur, quia consensus debet esse liber.

LLE-

CONSENSV.

*ILLEGITIMVS, qui fit contra leges di-
gnas & humanas.*

REGVLA.

Illegitimus consensus, nihil tenet.

*INTERRVPTVS, nimirum ante legitimi-
mam desponsationem & confirmationem matri-
monij. Habeat autem ista inter, ruptio graues
causas. Nam alioqui, leuitas, inconsistia, va-
mitas, reprehensione digna sunt.*

REGVLA.

*Interrupius consensus, factus instis de cau-
sis ante desponsationem, tollit priorem consen-
sus, quoniam.*

EXCEPTIO.

*Semper autem concubitus, item utriusq;
consensus qui postea sequitur, & ratificatio pa-
rem, qui tandem accedit, quandam & mo-
ra zu adferunt, iuxta sapientum iudicium assi-
milationem.*

DE ASSENSV PA-
tentum.

G s Paren-